



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

63. Aliàs & nuper &c. Confirmatio Decretorum Congregationis sacrorum  
Rituum super Cultu immemorabili S. Libertati de Lauro Ordinis Minorum  
Regularis Observantiæ S. Francisci, Provinciæ Marchiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO  
1713.

C L E M E N S   U N D E C I M U S   117

ANNO  
1713.

nenis, ac Basiliæ Principis Apostolorum, nec non Cancellaria Apostolica, Curieque generalis in Monte Citatorio, & in Aci Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicut publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimate fuissent; Utque ipsarum literarum transsumptis, seu exemplis etiam impressis manu aliquujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitionis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibetur, quæ eisdem praesertim adhibetur, si fore exhibetur, vel ostense: Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anno Piscatoris die xxvii. Julii MDCCXIII. Pontificatus Nostri Anno XIII.

Fides haben-  
da Transsum-  
ptis.

Dat. 28. Ju-  
lii 1713.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo septingentesimo decimo tertio, Indictione sexta, die vero decima quarta Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo tertio superdictæ Literæ Apostolicae affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesia Lateranen, & Basiliæ Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, Curia Generalis in Monte Citatorio, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Jacobum Vasellum Apostolicum Cursorem.

F. Oliverius.

LXXXIII.

C O N F I R M A T I O

Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum super Cultu immemorabili S. Liberati de Lauro Ordinis Minorum Regularis Observantie S. Francisci, Provinciae Marchiæ.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam,

**A**lijs, & nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, emanarunt in Causa Servi Dei Liberati de Lauro, Sancti nuncupati, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ad supplicationem dilecti Filii Lucii à Turricella Fratris exprefse profisi Provinciae Marchiæ dicti Ordinis, ac Lectoris Jubilati, & ejusmodi cauſa Postulatoris, duo decretæ tenoris sequentis videlicet: Camerinen. Servi Dei Liberati de Lauro Ordinis Minorum Sancti Francisci Sancti nuncupati. Demandata per Sacram Rituum Congregationem sub die 22. Junii MDCLXXXVII. motione Imaginum prædicti Servi Dei ab Altaribus, Ecclesiis, & Claustris Conventuum prædicti Ordinis, in quibus depictus erat in lectulo decumbens, cui Beatisima Virgo Virginibus, & Angelicis associata Choris, liquorem propriis manibus administrabat, recursum interposuerunt ad eandem Sacram Congregationem Patres ejusdem Ordinis, allegantes cultum eidem Servo Dei intra, & extra præmemoratum Ordinem sic, & alijs, atque multifaciter exhibitum extitisse, nedium per centum annos ante Decreta fel. rec. Urbani VIII. sed per quatuor, & ultra sæcula, ac proinde humiliter insitum pro manutentione prædicti Servi Dei in eodem cultu absque ullâ innovatione, quæ ladearet possessionem, in quâ pacifice erat à præmem-

rato immemorabili, ac legitimo tempore: Unde Sacra eadem Congregatio præfixo, & pluries prorogato eidem Ordini tempore ad probandum eandem immemorabilem possessionem, sub pœna remotionis cuiuscumque cultus eidem Servo Dei quomodolibet præfitti, in le ejusdem Causæ cognitionem benignissime suscepit.

**S. I.** Quamobrem allato ad ipsam per Religiosos ejusdem Ordinis, & Provinciae Marchiæ (in quâ adest Conventus cum Ecclesiâ sub titulo Sancti Liberati, ubi, ut à Reverendiss. Episcopo Camerinen. afferitur, ipsius, ac Beatorum Humilis, & Pacifici ossa requiescent) authenticò Processu, unâ cum Sententiâ super præmisso cultu auctoritate ejusdem Episcopi Camerinen. Ordinarii Loci dicti Conventus, ritè prolatâ: Nec non instituto super præmissis omnibus judicio, & prætentibus subinde Postulatoribus non esse necessariam in casibus similibus propulsionis contrarietatum Commissionem manu Sanctissimi signatum; eadem Sacra Rituum Congregatio pendens plura afferri in comprobatione præmemorati cultus, quæ in præsenti casu indigebant speciali dilucidatione; producebantur siquidem nonnulla eidem Servo Dei uti anonymo, vel incognito ab Historiatoribus attributa, & alia pariter, quæ ipsum cum alio quodam Liberato Maceratense Congregationis Celestinorum, seu Clarenorum ejusdemmet Ordinis confundere poterant, ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalem Vallemanni pro Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinale Carpino Ponente, Sacra eadem Rituum Congregatio, auditio tam in scriptis, quam in voce D. Prospero de Lambertinis Sacrae Consistorialis Aulæ Advocate, & Reverendissimi Archiepiscopi Myren. Fidei Promotoris Coadjutore, rescribendum censuit: Causam indigere signaturâ Commissionis in casu, de quo agitur. Die vii. Septembris MDCCIX. Ita reperitur in Regestris Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum. In quorum fidem &c, die 3. Augusti MDCCXIII. Loco + Sigilli. Gratij. N. M. Tedeschi Episcopus Lipartitanus Sacrae Rituum Congregationis Pro-Secretarius: Camerinen. Servi Dei Liberati de Lauro Ordinis Minorum Sancti Francisci Sancti nuncupat. Orta controversiâ in Sacra Rituum Congregatione: An cultus ab immemorabili tempore, juxta Postulatorum sensum Sancto Liberatori prædicto præfitus, essetne permittendus, seu potius removendus, eadem Sacra Rituum Congregatio sub die vii. Septembris MDCCIX. censuit, antequam ad discussionem dubii super casu excepto à decretis fel. rec. Urbani PP. VIII. deveniretur, necessariam esse dubii propositionem super signaturâ Commissionis, ideoque disputato dicto dubio, an esset signanda Commissione, Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalem Ptolomei pro Eminentiss. & Reverendiss. Cardinale Carpino Ponente, & ad instantiam Fratris Lucii de Turricella Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci dicta cauſa Postulatoris, audito prius tam in voce, quam in scriptis R. P. D. Profero de Lambertinis Fidei Promotore, respondit: Pro nunc non esse locum signaturæ Commissionis, & nihil esse innovandum super cultu eidem Servo Dei præfrito, firmo tamen remanente Decreto in hac Causâ edito die xxii. Julii MDCLXXXVII. super motione Imaginum dicti Servi Dei, cui in lectulo decumbenti Beatisima Virgo Angelicis Choris associata cibum subministrabat, si Sanctiss. Domino Nostro placuerit, die xxvii. Januarii MDCCXIII. Factaque deinde per infra scriptum Pro-Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, die 17. Februarii ejusdem anni

anno MDCCXIII. G. Cardinalis Carpineus, Loco + Sigilli. C. Collicola Sac. Rituum Congregationis Pro-Secretarius.

*S. 2.* Cùm autem sicut prædictus Lucius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decreta hujusmodi, quo firmius substant, Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio communiri plurimū desideret, Nos ipsum Lucium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententias, censuris, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causā latis, si quibus quomodolibet innodus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, & absolutum fore carentes, supplicationibus ejus nomine. Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmatus robur adjicimus, salva tamen semper in premisso auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

*S. 3.* Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime sufficiari. Sique in premisso per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irriui, & inane si securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoreranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem profusa fides adhibetur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense. Datum Roma apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die secunda Septembris MDCCXIII. Pontificatus Nostri Anno decimotertio.

F. Oliverius.

#### LXIV.

#### DAMNATIO

Quamplurium propositionum excerptarum ex Libro Gallico idiomate impresso, & in plures Tomos distributo sub titulo : *Le Nouveau Testament en François avec des reflexions morales sur chaque verset &c. à Paris 1699.* ac aliter : *Abregé de la morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres Canoniques, & de l'Apocalypse, ou Pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres Sacrés &c. à Paris 1693. & 1694.* cum prohibitione ejusdem Libri, & aliorum quorumcumque in ejus defensionem tam haec tenus editorum, quam in posterum edendorum.

#### CLEMENS EPISCOPUS

#### SERVUS SERVORUM DEI.

*Universis Christifidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Proemium  
à voce Divini Salvato-  
ris, qua monemur, ut ca-  
veamus à fal-  
sis Magistris

*U*nigenitus Dei Filius pro nostrâ, & totius Mundi salute filius hominis factus, dum Discipulos suos doctrina veritatis instrueret, universamque Ecclesiam suam in Apostolis erudit, præsentia disponens, & futura prospiciens, pra-

claro, ac sublimissimo documento Nos admonuit, ut attenderemus à falsis Prophetis, qui veniunt ad Nos in vestimentis Ovium, quorum nomine potissimum demonstrantur Magistri illi mendaces, & in deinceps illusores, qui splendida pietatis specie prava dogmata latenter insinuantes, introducunt sectas perditionis sub imagine Sanctitatis; utique facilius incutis obrepant, quasi deponentes lupinam pelle, & se Divina Legis sententias, vélut quibusdam Ovium velleribus obvolentes, Sanctorum Scripturarum, adeoque etiam ipsis novi Testamenti verbis, quæ multipliciter in suam, aliorumque perditionem depravant, nequiter abutuntur: antiqui scilicet, à quo progeniti sunt, mendacii Parentis exemplo, ac magisterio edocti, nullam omnino esse ad fallendum expeditiore viam, quam, ut ubi nefarii erroris subintroducitur fraudulentia, ibi divinorum verborum prætendantur autoritas.

*S. 1.* His Nos verè divinis monitis instruti, ubi primum, non sine intimâ cordis nostri amaritudine accepimus, Librum quedam gallico idiomate olim impressum, & in plures tomos distributum, sub titulo : *Le nouveau Testament en François avec des reflexions morales sur chaque verset &c. à Paris 1699.* Alter vero : *Abregé de la morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres Canoniques, & de l'Apocalypse, ou Pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres Sacrés &c. à Paris 1693. & 1694.* tametsi aliis à Nobis damnatum, ac revera Catholicis veritatis pravarum doctrinarum mendacia multifariam permiscens, adhuc tamen tanquam ab omni errore immunem, à pluribus haberi, Christifidelium manibus passim obtrudi, ac nonnullorum nova semper tentantium consilio, & operâ studiosè nimis quaqueversum disseminari, etiam latine redditum, ut perniciose institutionis contagium, si fieri possit, pertransiat de gente in gentem, & de Regno ad Populum alterum: versutis hujusmodi seductionibus, atque fallaciis creditum Nobis Dominicum Gregem in viam perditionis sensim abduci summopere doluumus; adeoque Pastoralis non minus curæ nostræ stimulis, quam frequentibus Orthodoxæ Fidei Zelatorum querelis, maximè vero complurium Venerabilium Fratrum, praetertim Galliæ Episcoporum literis, ac precibus excitati, gliscenti morbo, qui etiam aliquando posset in deteriora quæque proruere, validiori aliquo remedio obviare ire decrevimus.

*S. 2.* Et quidem ad ipsam inguentis mali causam provida nostræ considerationis intuitum converentes, perspicue novimus summam hujusmodi libri perniciem ideo potissimum progredi, & invalefcere, quod eadem intu lateat, & velet improba fancies, nonnulli secto ulcere foras erumpat; Cùm liber ipse primo aspectu legentes specie quadam pietatis illiciat; molliti enim sunt sermones ejus super oleum: sed ipsi sunt jacula, & quidem intento arcu ita ad nocendum parata, ut sagittent in obscuro rectos corde. Nil propterea opportunius, aut salubrius praestari à Nobis posse arbitrii sumus, quam si fallacem Libri doctrinam generatim solummodo à Nobis haec tenus indicatam, pluribus singillatim ex eo excerptis propositionibus, distinctius, & apertius explicaremus, atque universis Christifidelibus noxia zizaniorum semina è medio tritici, quo tegebantur, educata, velut ob oculos exponeremus. Ita nimis nudatis, & quasi in propatulo positis, non uno quidem, aut altero, sed plurimis, gravissimique, tum pridem damnatis, tum etiam novè aduentis erroribus, planè confidimus, benedicente Domino, fore ut omnes tandem aperte jam, manifestaque veritati cedere compellantur.

*S. 3.*

ANNO  
1713.  
decipienti-  
bus sub Spe-  
cie Sanctita-  
tis.

Statuit vali-  
diori ut re-  
medio ad  
versus doc-  
trinam con-  
tentiam in li-  
bris, de quib-  
us hic est  
fermo, alias  
damnatis.

Propterea  
declarat,  
velle distinc-  
tè explicare  
pravitatem  
iusti laten-  
tem.